

www.e-rara.ch

Caroli Sigonii historiarum de occidentali imperio, libri XX

Sigonio, Carlo

Basileae, 1579

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-132>

Caroli Sigonii historiarum de imperio occidentali, liber vicesimus, qui liberatam Gotthis & constitutam Italiam continet

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

dum vicina vno agmine petierunt, ceteri iureiurando, fidéque interposita pacta confirmarunt. Agathias scribit, isto fœdere Gotthos, qui cis Padum incolerent, in Tusciam, & Liguriam, & quocunque tulit animus, contendisse. Hæc mense Februario sequenti anno perfecta sunt.

CAROLI SIGONII

HISTORIARVM DE IMPERIO
Occidentali,

LIBER VICESIMVS,

QVI LIBERATAM GOTTHIS,

& constitutam Italiam continet.



HOC libro, qui fastigium huic operi diuino auxilio imponet, liberatam Gotthorū dominatione Italiam, eandemque Narsetis Patricij opera resurgentem, ac se in antiquum statum, dignitatēque pristinam paulatim restituentem complectemur. Etenim, Gotthis à Narsete duobus insignibus præliis superatis, ac post reges occisos ad accipiendas pacis, obsequiique conditiones adaçtis, nullum postea regnum eorū in Italia fuit, rerum omnium summa ad Imperatorem Orientis delapsa. itaque ipsa posthac, tanquam Orientalis Imperij provincia, per eundem Narsetem Iustiniani Augusti ducem est gubernata, per quem in libertatem quoq; fuerat vindicata.

CETERVM dum hæc in Italia aguntur, Constantinopoli res Ecclesie, quæ diu fuerant cum maxima bonorum offensione iactate, demum ad aliquam concordiam sunt adductæ. quippe damnato, vt supra diximus, Mena episcopo, Vigilius pontifex in tempestiuam Iustiniani iracundiam veritus, in ædem S. Euphemie Chalcedonem, templi potius, quàm dignitatis, religione se defensurus confugit. Kalendis autem Februariis ab eodem per iudices missos rogatus, vt urbem, accepto fidei sacramento, repeteret, respondit, se in eam ædem confugisse non pro ratione pecunie, sed pro offensione Ecclesie. cui si pax redderetur, se, nullo sacramento interposito, exiturum: sin minus, inde vestigium non moturum. post autem in gratiam à Iustiniano receptus & ipse Menam in communionem recepit. quo tempore Encenia templi apostolorum à Theodora refectione III. Kal. Iulias, nempe in ipsis apostolorū Nataliciis, celebrata, atque ipsorum reliquie à Mena in

eūtra aureo circunveſtæ ſunt. Poſt paulò mortuo Menæ Eutychiuſ
 eſt ſuffectus, quòd nuper Theodoro commodè admodum reſpondiſ-
 ſe fuerat viſus. Inde Concilium, quod ad opiniones Origenis, & tria
 5 capita Concilij Chalcedonenſis diſcutienda Juſtinianuſ, Vigilio pon-
 tifice permittente, indixerat, eſt coactum. Præſedere in ſecretario Ec-
 cleſiæ Conſtantinopolis Eutychiuſ epiſcopuſ Conſtãtinopolitanuſ,
 Apollinaris Alexãdrinuſ, Dominuſ Antiochenuſ, & Euſtochiuſ Hie-
 roſolymitanuſ, atque alij ad centum ſexaginta quinque. Vigiliuſ, li-
 cèt in vrbe eſſet, noluit intereſſe. Ibi Juſtiniani recitatæ litteræ ſunt,
 10 quibus primùm Origenis opiniones, deinde tria capita Cõcilij Chal-
 cedonenſis diſquirenda propoſuit. Etenim Cõcilium Chalcedonen-
 ſe, vt ſcripſimus, Theodorum epiſcopum Mopſueſtenum laudauerat,
 & Theodoritum Cyrenſem, Ibãmq; Edeſſenũ epiſcopoſ, poſtquam
 Neſtorio & Eutycheti renunciarant, eccleſiis ſuis, vnde à Concilio E-
 15 pheſino prædatorio pulſi fuerant, reſtituerat. Quæ tria capita cum no-
 uo epiſcoporum iudicio eſſent commiſſa, illi, re cognita, dictiſque ſen-
 tentiis, decretum in hæc verba fecerunt: Si quis non anathematizat Arrium, Eu-
 nomium, Macedonium, Apollinarem, Neſtorium, Eutychem, & Origenem cum impiis eo-
 rum ſcriptis, anathema ſit. Item: Si quis defendit Theodorum Mopſueſtenum, qui dixit
 20 alium eſſe uerbum Deum, & alium Chriſtum. Item: Si quis defendit ſcripta Theodoriti,
 quæ contra rectam fidem expoſita ſunt, & primũ Ephelinũ ſanctũ Concilium, & S.
 Cyrillum, uel duodecim eius capitula. Item: Si quis defendit epiſtolam Ibæ ad Marim
 Perſam, quæ negat Deum uerborũ de ſancta genitrice, ſemperq; uirgine Maria incarnatum
 hominem factum. Atq; ita, tribus capitibus præcipuè cõdemnatis, in præ-
 25 ſens Eccleſiaſtica eſt cõpoſita controverſia. Nominatur autẽ hoc Con-
 cilium ab aliis Conſtantinopolitanũ ſecundum, ab aliis Conciliũ ge-
 nerale quintũ, ab aliis quinti Concilij actio quinta, ab aliis Cõcilium
 de tribus capitibus Concilij Chalcedonenſis. de quo ſic ſcripſit San-
 ctuſ Gregoriuſ pontifex ad patriarchas: Quintum quoque Concilium pa-
 30 riter ueneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur. in quo Theo-
 dorus perſonam mediatoris Dei, & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impie-
 tatis perſidiam cecidiſſe conuincitur. & in quo ſcripta quoque Theodoriti, per quæ bea-
 ti Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata reſutantur. & ad Secundinum:
 Nos anathemate plerendos ducimus, qui de fide ſynodi Chalcedonenſis aliquid minuere,
 35 uel aliquid in ea addere præſumunt. nam ſynoduſ, quæ poſt eam generaliter facta eſt, id-
 circo à nobis recipitur, quia eiſdem ſynodi in omnibus ſequax honorem illiuſ, auctori-
 tatemq; cuſtodit. Iuo etiam in decreto ex Beda hæc refert: Sozomenuſ & theo-
 doritum nimis laudibus effert, atque ad diem obituſ ſui magnum doctorem Eccleſiæ
 perhibet. Quare ſi quis eiſus hitoriã recipit, ſynodo, quæ Juſtiniani temporibus de
 40 tribus capitulis facta eſt, contradicit. Atque de Conſtantinopolitano quidem
 Concilio ſecundo hæc hæctenus. nunc ad Italiam redeamus. In Ita-
 lia Gotthico bello confecto, ſtatim conſequutum eſt Francicum, Ne-
 que enim Narſeſ ſolidam ſe liberatæ laudem Italia reſaturum puta-
 uit,

nit, nisi, redactis ad obsequium Gotthis, Fracos, qui partem Italiae occupatam tenebant, aut Italia pepulisset, aut certe imperata facere coegisset. Hoc cum & ipsi Franci sensissent, haud inuiti fecerunt, ut se cum Gotthis, qui in Italia, tanquam Romanis obtemperaturi, remanserant, sociarent, pro certo habentes, Narsete, victis Gotthis, arma in sui exitium idoneo tempore promoturum. Hi vero fuere Leutheris, & Buccelinus, genti Alemanorum Theodobaldo regi subiecta praefecti, qui in spem adducti, fore, ut Gotthorum ope Italiam, ac Siciliam occuparet, cum eis petentibus foedus, rege non prohibente, fecerunt, atque ad id exercitum hominum septuaginta duorum millium ex Francis, Alemanisque confluxerunt. Gotthi vero oppida, quae tenebant, munire, atque alienati animi haud dubia signa praebere coeperunt. Hoc vero ut sensit Narfes, licet profusus Francici motus ignarus, continuo belli renouandi consilium expediuit, atque exercitum Cumas adduxit. quod oppidum Aligernus Teiae regis frater, supplemento conscripto, tenebat. Romani, cum in collem evasissent, extemplo tela iacere in hostes coeperunt, atque omnia instrumenta bellica oppugnationi idonea protulerunt. quibus Gotthi acerrime resistere, saxa, aliaque in eos missilia retorquentes, ac nullas machinas, quae ad eos propulsandos valerent, reliquas facientes. deinde multis, sed leuibus, proelii dubio utrinque Marte pugnatum est. Narfes autem, ut arcem oppidi deturbaret, fabros in speluncam oppido ad Orientem vergenti subiecta fatidicae quondam Sibyllae habitatione insignem immisit. ac fastigium speluncae excindi, quo arcis fundamenta nitentur, praecipit. atque interim ipse cum exercitu urbem invasit, ut strepitu militari averteret Gotthos a sensu eorum, qui speluncae lapidem concidebant. Vbi vero murus, saxo comminuto, suffultus trabibus fuit, tum ignem trabibus ipsis implicuit, fulcrisque subtractis, partem oppidi superpositam cum turribus, & propugnaculis disturbauit, ac, valido impetu facto, oppidum inire contendit, sed, Gotthis strenue renitentibus, nihil profectum. Quare cum audisset, Leutherem, & Buccellinum ingentem ad Padum exercitum adduxisse, ut eorum praeniret adventum, Centumcellas, Florentiamque concessit, exercitu non contemnendo ad Cumarum obsidionem continuadam relicto. Fulcra vero Herulorum praefectum cum Ioanne Vitaliani, Valeriano, & Artabane ducibus, & maiore exercitus parte Apenninum traicere iussit, ac circa Padum consistere, & locis munitioribus tenendis incursum hostium propulsare. Narseti aduenienti Florentini, legatis missis, ultro se tradiderunt, fide accepta, se nihil hostile passuros. Idem Centumcellenses, Volaterrani, Pisanique fecerunt. Lucenses autem, obsidibus datis, iureiurando promiserunt, se dedituros, si intra triginta dierum spatium sibi a Francis non fuisset subuentum. neque tamen illo, exeunte tempore, licet a Francis deserti, fidem praestiterunt. Itaque iratus Narfes obsides eorum religatis manibus, & capite demisso produxit, ac

ciuibus eorum ostendit, denunciāns, se in eorū capita, ni se dederent,
 facturum. vbi verò imminenti suorum morte non permoueri, sed in
 pertinacia permanere cognouit, cauēs eos violare, à quibus nulla in-
 iuria laceſſitus fuisset, crudelitatis eos specie voluit deterrere. quippe
 5 tacito imperio iussit, vt carnifices ictum sine illorum pernicie ligno
 infligerent, quod collo eorum submissum veste contexerat, ne Lucen-
 ses rationem perspicere doli possent. quo factò, illi tamen, vt edocti
 fuerant, speciem morientium imitantes, proni ad terram de industria
 ceciderunt, ac pedibus, vt assolet, calcitrare cœperunt. Lucenses, rei ve-
 10 ritate, vt ex longinquo, nō exactè perspecta, suos tanquam mortuos
 complorant, (nam nobili loco nati erant) & Narseti crudelitatem
 exprobrare cœperunt. Quibus in clamantibus ita Narsetes respōdit, vt
 eos caussam dedisse tanto facinori diceret, qui sacramentum fidei ne-
 15 glexissent. quòd si vellent ad fidem redire, obsides se in vitam reuoca-
 turum. Lucenses se illudi putarunt, cum illum loquentem de excitādis
 mortuis audierunt, sed tamen, vt æquitatis laudem aucuparentur in
 eo, quod effici non posse credebant, se illius arbitrio permissuros, si il-
 los superstites cernerent, promiserunt. Tum Narsetes surgere omnes v-
 no tempore iussit, atque integros, valentēque suis ostendit. neq; ta-
 20 men propterea Lucenses ad fidem præstandam adduxit. Itaque, tam
 væcordi pertinacia cognita à magnitudine animi consilium petiit, ac
 sine vlla mercede obsides eis remisit. Illis autē mirantibus, & caussam
 facti querentibus nō esse consuetudinis suæ dixit, vt vana quædam ad
 25 gloriā revocaret, sed sine obsidibus se effecturū, vt armis in ditionem
 concederent. Obsides in urbem reversi Narsetē eximiis laudibus ex-
 tulerunt, & se ab eo comiter, & liberaliter habitos esse dixerunt. eū-
 que virum esse, qui ad summā æquitatem incredibilem animi magni-
 tudinem adiunxisset, asseruerunt. neque tum tamen ciues percellere
 30 per aliquot dies in hostili agro ita fuissent, vt eximiam siue ad popu-
 landum agrum, siue ad tentāda oppida solertiam adhiberent, demū,
 re vna malè gesta, omnem partam gloriā corruerunt. quippe Ful-
 cares Herulorū præfectus, homo strenuus ille quidem, sed vani, præ-
 cipitūque consilij, temere Parmam, quæ tunc in Francorum potestate
 35 erat, accessit. Hac re cognita, Bucellinus, qui stationē ad amphithea-
 trum non longè ab vrbe situm habebat, delectis militibus in insidiis
 collocatis illum excepit, ac repentino impetu factò, Herulos percul-
 sos in fugam coniecit. Fulcares autē, cum fugam capeſſere posset, no-
 luit, iustam Narsetis increpationem reueritus. atq; ita vnà cum satelli-
 40 tibus suis oppressus interiit. Ioannes autem Vitaliani, & Arrabanes
 præfecti, & qui evaserant, Heruli, hoc detrimento accepto, se se Fau-
 entiam receperunt. Hac victoria elati Gotthi (quod adhuc metu interce-
 dente non fecerant) apertè se hostes tulerunt, atq; ex proximis ciuita-

tibus Parmam convolauerunt. Quibus rebus cognitis, Narfes ingen-
 tem animo dolorem concepit, atq; ad suos, quos eo nūcio permotos,
 confusosq; videbat, ita dixit, Satis se scire, eos non alia de causa angī,
 quā quod qui vincere consueissent, aliquod incommodum accepis- 5
 sent, non animadvertentes, nimiam felicitatis præteritæ gloriā ea of-
 fensione esse emendatam, ceterum eos sibi persuadere oportere, vin-
 cere adhuc se posse. nam quanvis multitudine superentur, tamen pru-
 dentia antestare. proinde ita se pararent, vt Lucensibus obsessis ne re-
 spirādi quidem spatiū darent. atq; his dictis, Lucam vrgere acrius cæ- 10
 pit. ad eos verò, qui Fauentiam se receperant, misit monitū, vt aucto-
 ritati suæ obsequuti, Parmā repeterent, ac Francorū impetum cohibe-
 rent. misit autē Stephanum Dyrachium cū ducētis equitibus, qui cau-
 tē profectus docuit, nullo modo fieri posse, vt Lucenses subigerentur,
 si transitus Francis permitteretur, Narsetem in perpetuum iratum illis
 futurum, nisi se Parmam referrent. Illi necessitate adactos inde se dis- 15
 cefsisse, responderunt, quod ex circumiectis locis tantum comiteatus
 contrahere non potuissent, vt satis alendo exercitui foret, ac præterea
 pecunia in stipendium defuisset. Tum Stephanus Rauennā profectus,
 magistrum militum ad eos adduxit, ac Parmam redire persuasit. & Lu- 20
 cam reuersus, Narsetem bono esse animo iussit. Iam Narfes Lucensium
 pertinacia exacerbatus machinas, & tormēta Lucæ mænibus admo-
 uebat, ac propugnacula sagittis, ignibusq; petebat, & urbē omnibus
 detrimentis premebat. Quibus malis Lucenses permoti, simulq; obsi-
 dum suorum precibus fatigati facilē ad deditiōem animos inclinā- 25
 sent, nisi à legatis Francorum, qui aderant, ad obsidionem armis pro-
 pulsandam, & rem prælio experiendā incitati fuissent. Quare, patefa-
 ctis portis, eruptionē in Romanos semel, iterumq; fecerunt, sed sem-
 per cum ingenti detrimento repulsi sunt. Vnde, fractis animis, viribus-
 que debilitatis, misere ad Narsetem, vt, venia commissorum concessa,
 urbem iniret. atq; ita post tertium obsidionis mensem dediti venerūt 30
 in potestatem. His actis Narfes, refectis à labore militibus, Bono cum
 præsidio Lucæ relicto, Rauennam in hiberna concessit. nam, exeun-
 te iam autumnō, per hiemem bellare nolebat. quod id erat cōmodius
 Francis futurum, quorū vires æstate eneruatas hibernū tempus con- 35
 firmat, ac tribunos militum quiescere, vt ineunte vere præstō essent,
 præcepit, Rauennæ verò secum trecentos tantum homines domestici
 obsequij causa retinuit. Interim Aligernus, qui Cumas tenebat, cum
 Gotthos passim ad Francos transire videret, ratus Fracos per speciem
 societatis cum Gotthis inita Romanos primū deuicturos, deinde 40
 arma in Gotthos conversuros, longē præstantius esse constituit, Nar-
 seti, quā Francis oppidum tradere, & cum Romanis patriis legibus,
 quā alienis cum alienigenis viuere, & Italiā veteribus incolis red-
 dere, quā recentibus aduenis comparare. vrgentibus autē obsidio-
 nem

nem Romanis dixit, se cum Narsete inire colloquiū velle. Ita, permit-
 tentibus illis, profectus ad Narsetem, qui Classe castello agri Rauennan-
 natis erat, clauēs illi tradidit, & se fidelem ei operam nauaturum spo-
 pondit. Eum verò comiter in primis accepit Narfes, & se magnis præ-
 5 miis compensaturum id beneficium dixit, atque exercitū Cumis as-
 fidentem urbem iussit inire, & pecuniam recipere, & locum custodire,
 & partem eius in hiberna concedere, Aligernum verò ad Forum Cas-
 sij misit, monitum, vt murum conscendens illi sic apertè incumberet,
 vt ab omnibus facillè videretur. sic enim sperabat, Fracos, vbi eā tran-
 10 sientes ipsum vidissent, omnem spem potiundæ pecuniæ, quæ Cumis
 recondita esset, abiecturos, aut opportunis iam locis omnibus occu-
 patis, aliud de summa belli consiliū esse capturos. Aligernus verò, vbi
 Francos illac transeuntes aspexit, irrisit simul, atque increpuit, quòd
 ferum nimis auxilium attulissent, Gothiorum opibus vnà cum duci-
 15 bus iam in potestatem Romanorū adductis. illi verò probra in eum
 regefferunt, suæ gentis proditorem identidem appellantes. diūque in
 incerto habuere, bellū ne in præsens, ommitterent, an cæptis insisterent.
 demum eò inclinauit sententia, vt progrediendum esse putarent. He-
 rulis de duce in locum Fulcaris asciscendo inter se altercantibus, Nar-
 20 ses item se interposuit, ac Sindualdum virtute, factisque clarum suffra-
 gatione sua pro vexit. Inde cum suo comitatu concessit Ariminum. ad
 quem Theodobaldus cum suis Varnis accessit, & cum eo societate ini-
 uit. Inter hæc Francorum pedites ad duo millia equitibus intermissi
 in agrum Ariminensem venerunt, eumque diripere, ac passim boum
 25 prædam agere, atque omnia pervastare cæperunt. Quod Narfes ex
 alto conspiciatus, ira percitus cum omnibus, qui apti certamini erant,
 erupit. Quo conspecto, Franci in vnum coiere, ac sagittariorum pro-
 cellam fortiter exceperere, & in densiorem syluam refugientes, facto ibi
 globo, se acrius defendere. Ea re animadversa, Narfes Hunnos iussit
 30 simulata se fugæ mandare, vt eos insequentes extra urbem liberos in
 campos eliceret. Quo facto, Franci veram eam esse fugam arbitrati,
 auidius insectari cæperunt, rati se Narsetem viuum in potestatem ad-
 ducturos, & bello finem prosperè posituros. vbi verò in campos va-
 cuos, atq; à sylua remotos venerūt, tum Romani, conuersis equis, ius-
 35 su Narsetis eos inuaserunt. ex quibus equites cursu incitato ad syluas
 se recepere. pedites relictī passim supra nongentos strati. reliqui sunt
 elapsi. Narfes Rauennam reuersus, omnibus ibi rebus egregiè cōsti-
 tutis, Romā demum, postero iam incunte anno, se rettulit, atq; veris 554.
 initio militis vndiq; Romā excitos diligenter in armis exercuit. nam
 40 & decurrere eos coëgit, & equum insilire, & armatos saltare, & tubæ
 clangori audiendo affuescere, ne fortè ex longo hibernorum ocio bel-
 licæ cōsuetudinis obliuī, in veris præliis elanguescerēt. Interim Franci
 liberius vagabatur, ab vrbe tamen Roma, locisq; finitimis abstinebat.
 post-

postquam verò in Samniū pervenerunt, ita inter se ipsa prædandi mu-
 nera partiuerūt, vt Bucellinus Tyrrenū littus, & Campaniam pera-
 grans, per Lucanos vsq; ad fretum adierit, Leutheris verò Apuliam, &
 Calabriam populans, vsq; ad Hydruntem processerit. Franci templis
 parcebant. Alemanni verò, vt prorsus à Christiana religione averfi, in
 ea potissimum sæuiebant, ac sacrā suppellectilem avertabant, & mor-
 tuos ex sepulchris trahebant. Leutheris inde præda onustus cōsiliū
 domum redeundi cepit, ac, Bucellino fratre relicto, discessit. In Pice-
 num autem cum venisset, ac castra circa Fanum posuisset, Artabanes,
 & Vldac Hunnus Pisaurensi oppido exierūt, atque exploratores eius
 equites adorti cedere incœperunt. qua re perspecta, Leutheris exerci-
 tum vniuersum in auxilium laborantium mouit, atq; ita occasionem
 captiuis, quos plurimos adducebat, aperuit, vt, laxatis vinculis, cum
 præda ab se parta abirent. Inde Franci itinere continuato in Aemiliā,
 ac, traiecto Pado, in Venetiam pervenerunt, & Cenetam urbem suā
 tunc ditionis tenuerūt, dolore summo incensi, quòd post tot exantla-
 tos labores prædam, quam quæsiuerant, amisissent. paullo pòst etiam
 pestilentia conflictati damnum grauius acceperūt. cuius causam aeri
 corrupto, & inerti post labores ocio tribuerunt. Leutheris propterea
 insania correptus, atq; in rabiem versus, postquam dentibus carnē si-
 bi dilacerauit, & manantem ex vulnere sanguinem degustauit, extin-
 ctus est: reliqui omnes aut æstu febris, aut dolore capitis, aut apople-
 xia, aut mentis excessu agitati periere. Bucellinus autem, qui remāse-
 rat, omnibus vsque ad fretum oppidis pervastatis, per Campaniā re-
 diens, Capuam versus contendit, vt cū Narsete, quem ibi versari cum
 exercitu audiebat, acie decertaret, quoniam exercitū item suum pesti-
 lentia in dies vehementiūs absumebat. quòd, in eunte autumno, mili-
 tes vuis, & musto gulæ auidius indulgentes, tumores ventris insana-
 biles contraxissent, ac pleriq; repentino casu perirent. Cum autem in
 Campaniā pervenisset, castris in Casilini amnis ripa munitis, nec dum
 quæ fratri Leutheri acciderant, cognititis, vehementi admiratione ca-
 piebatur, quòd nō ad se exercitū remitteret, atq; interdum in suspicio-
 nem adducebatur, ne quid ei durius contigisset. sed tamen se sine illo
 auxilio victoriam de Romano relaturum sperabat, cum ipse triginta
 millia hominum haberet, Narses autem vix duodeviginti. itaq; allo-
 quitus suos, ad prælium est hortatus, monens, Haud paruis de rebus
 esse certamen. nā illa pugna aut Italia potituros, aut mortē oppetitu-
 ros. His cognititis, Narses exercitum vniuersum ex vrbe aduersus eum
 eduxit, ac castra hosti adeo propinqua posuit, vt & strepitū eorum au-
 dire, & vallum prospicere posset. Duobus exercitibus in conspectum
 adductis, ordines vtrinq; instrui, præsidia locari, copiæ lustrari sunt
 cœptæ, spes, ac timor vtriusq; animos versare, Italiae ciuitates in eius
 prælij exitū tacita animorū expectatōne suspensę de futura vitæ cōdi-
 tione

tione vehementius laborare. Cum autem Narses videret, Frācos pro-
 ximis vicis direptis necessaria importare, eam sibi coercendam licen-
 tiam ratus, Charangem Armenium, virum strenuum, atque prudentem
 ex ultimis castris in eos immisit, qui equo cum suis in vectus ve-
 5 hricula prædatoribus ac vitam ademit, & turrim à Bucellino super Ca-
 filini pontem constructam incendit, eisque, qui in præsidio erant, fu-
 gientibus, pontem ipsum occupavit. Quare incensi Franci prozinus
 ad arma concurrunt, & præliū inire decernunt, licet vatibus Alema-
 nicis triste illius diei augurium prædicentibus. atque in id & ipse Nar-
 10 ses suos instruxit. Cum autem equo inscensō in aciem esset proditu-
 rus, audit, Herulum quendam seruo necem attulisse, ratusque nō an-
 te rem prælii discrimini committendam esse, quā illud flagitij vin-
 dicasset, homicidam ad se vocavit, ac protinus scelus defendere con-
 tendentem morte affici iussit. inde licet iratis Herulis in certamen de-
 15 scendit. Cum autem Sindualdus Herulorum præfectus se expectari
 cum Herulis mille cupidis pugnae iussisset, se opperiturū negavit, sed
 si illi serius ordines suos inirent, coacturum, vt maturarēt. vt verō ad
 locum pugnae destinatum accessit, aciem instruxit, loco vacuo Heru-
 lis, vt inire possent, relicto. interim duo Heruli ad Bucellinum transie-
 20 runt, atque ira suorum exposita, vt repente Romanos invaderet, tan-
 quam Herulorum præsidio destitutos, hortati sunt. Ea de re Bucelli-
 nus propere, ingenti clamore edito, in Narsetem incurrit, & partē He-
 rulis destinatam irrumpens, haud magna cæde facta, vsque ad aciem
 postremam pervasit. Narses autem inflexo cornu equitibus sagitta-
 25 riis præcepit, vt vtrinque sagittas in hostium terga coniicerent. quo
 facto, magna hostium subito strages est consequuta. Hac re animad-
 versa, Sindualdus, & Heruli sese hostibus acie excedentibus obiece-
 runt, atq; in fugam actos in flumen præcipites impulerunt. Ita Bucel-
 linus quoq; cum toto suo exercitu est deletus. nam ex Francis quinq;
 30 tantum elapsi, ex Romanis vix octoginta desiderati, qui primā in ho-
 stem impressionem fecerāt, flumen refertum cadaveribus exvndavit.
 Hunc exitum Francorū expeditio in Italiam habuit. qua post Gothi-
 cum bellum ipsa est Italia lacerata. Narses, auditis eodem tēpore quæ
 Leutheri in Venetia acciderant, tanquam bello Francico prosperē ab-
 35 soluto lætus Romam se rettulit, ac veritus, ne militum virtus in tanta
 gratulatione ocio, ac lascivia frangeretur, ad vocatis eis præclarā ora-
 tionem habuit, qua eos ad continentiam, & modestiam in secūdis re-
 bus adhibendā hortatus est, simulq; monuit, vt arma tractare ne in-
 termitterent. neq; enim verisimile sibi videri, Francos, licet victos, in
 40 posterum quieturos. Gothi verō, qui Francos auxilio iuuerant, in ti-
 morem adducti ne Romani superioris belli molem in se converterēt,
 in oppidum Casinum præcipiti in loco situm se receperunt, idq; Ra-
 gnare Brittone duce, communiuerunt. Qua re animadversa, Narses

extemplo cum vniuerso exercitu eò reuertit. cùmq; oppugnationē ex
 propinquo non pōssēt admouere, obsidione circūdedit, dispositis
 circūquaq; custodiis, ne cuiquam aut ingrediendi, aut exeundi pate-
 ret potestas. haud magno tamen incommodo eos affecit, quòd neces-
 saria ad victum omnia in oppidum convexissent. indignati tamē Got- 5
 thi se diutius muris includi, crebras eruptiones fecerunt, vt Romanos
 ab obsidione auerterent, sed, nulla re memorabili acta, hiemē transe-
 gerunt. Eodem anno ciues Romani desiderio Vigilij pōtificis sui ac-
 censī per Narsetem Iustinianum orarunt, vt Vigilium, omnēsque, qui
 cum eo erant, episcopos, & clericos ecclesiæ tandem, patriæq; suæ re- 10
 stitueret. Qua re cognita, Iustinianus clerum, qui cum Vigilio erat, ac-
 ciuit, ac dixit, se, si Vigilium habere pontificem vellent, permissurū, sin-
 minus, rogare, vt Pelagium archidiaconum, qui inter eos aderat, sub-
 rogarent. illi se Vigilio contentos esse, sed post excessum eius in suble-
 gendo pontifice voluntatis ipsius rationem habituros, dixerunt. Ita 15
 Vigilius dimissus cum omnibus in Siciliam est reuēctus. verūm Syra-
 cularum in vrbe cum esset, sæuo calculi dolore oppressus V Kal. Ianua-
 rias obiit. Concilium Constantinopolitanum vt veteres Ecclesiæ dis-
 cordias in Oriente sedauit, sic nouas, easque maximas seditiones in
 Occidente conciuit. Multis enim propter incitiā visum est, ipsum plu- 20
 rimum de Chalcedonenſis auctoritate diminuisse, tribus eius, vt re-
 bantur, capitibus infirmatis. itaq; in Italia Liguria, Venetiæ, & Istriæ
 episcopi, quorum principes erant Macedonius Aquileiensis, Hono-
 ratus Mediolanensis, & Maximianus Rauennas, decretis eius acce-
 ptis, Aquileiæ conuenerunt, ac, re in consultationē adducta, Concilium 25
 illud non obseruandum esse statuere. Scriptū autem est hoc in Decre-
 to Iuonis de auctoritate Conciliorum, ex Beda: *Synodus Aquileiæ facta,*
inquit, ob imperitiam fidei quantum uniuersale Concilium suscipere diffidit, donec salu-
taribus beati papæ Pelagij monitis instruitur & ipsa huic cum ceteris Christi ecclesiis an-
 355 *nuere consensit.* Sed hoc annis subsequētib; factum est. Ineunte inde 30
 vere, Ragnares Casini obsessus à Narsete postulauit, vt sibi collo-
 quij copiam faceret, quòd semet ei dedere statuisset. Qua facta, cum
 verba superbiæ, atq; arrogantia plena iactaret, dignus, qui irritō col-
 loquio dimitteretur, est visus. Ceterū, cū in collem regressus nō lon-
 gè à muris abesset, illud iniqui admodum, ac scelerati in primis exem- 35
 pli fecit, quòd sagittam clām in Narsetem occidendi hominis gra-
 tia iecit. quæ quanquam irrita cecidit, plurimum tamē periculi secum
 attulit. Quam ob causam Romani iracundia inflammati propere ar-
 cus omnes intenderunt, ac sagittis in eum certatim contortis, ipsum
 letali vulnere affecerunt. ex quo relatus in oppidum post biduū mor- 40
 tuus est. Illo duce extincto, Gotthi viribus suis diffisi haudquaquam
 sibi cunctandum existimarunt, quin sese euestigiō dederent. itaque,
 nunciis ad Narsetem missis, pacta salute, eius se fidei permiserunt. Ille
 verò

verò omnes Constantinopolim misit, ne quam materiam relinqueret
 belli per eos in Italia renouandi. Hastenus res Gotthorum, & Fran-
 corum in Italia gestas Procopium, Agathiamque sequuti, narrauimus.
 quorum vterque his temporibus vixit, atque eloquentiæ studio flo-
 5 ruit. Procopius etiam huic bello interfuit. quibus duobus credere ma-
 lui, quam Guidoni, aut Agnello Rauennatibus, quos licet ætate mul-
 to inferiores Blondus arctè complexus hæc omnia longè aliter & ret-
 tulit, & digessit. præsertim verò cum eos mihi legere non contigerit.
 Narsete victoria parta Romam reuerso, corpus Vigilij pontificis est
 10 relatum, ac solempni pompa via Salaria in æde S. Marcelli sepultum. Co-
 mitiis inde creati successori indictis, Pelagius diaconus haud dubiis
 totius cleri suffragiis est susceptus. & cum non essent in clero, qui con-
 secrare de more possent, nouo exemplo ab episcopis, Ioanne Peru-
 15 fino, Bono Ferentinate, & Andrea presbytero Ostiense XVI Kal. Maij
 consecrationem accepit. Cum autem plerique religiosi, sapientes, ac
 nobiles ab eius se communionem fecernerent, quòd seditionis contra
 Vigilium excitatæ auctorem fuisse dicerent, vehementer dolere, atque
 20 angustissimo animo cepit. itaque consilio capto, vnà cum Narsete à Sancti Pan-
 cratij æde ad Sancti Petri hymnos, ac cantica canens processit, ibique
 euangelia, & crucem Domini super caput suum ponens, in ambonem
 ascendit, ac sanctissimum iurandum iurauit, se illius seditionis pro-
 25 fus expertem fuisse. Inde illud à clero, populoque astante sibi confirma-
 ri postulauit, ne quis in Ecclesia ab ostiario usque ad episcopum pecu-
 nia, aut promissis, sed doctrinæ tantum, ac vitæ meritis provehere-
 tur. Eodem anno in Gallia, Theodobaldo rege Francorum mortuo,
 magni eius patruus Childebertus, & Clotharius hereditatem inierunt.
 Childebertus exactæ iam erat ætatis, ac sine liberis. Clotharius, quan-
 30 quam viridior, tamen admodum senex, & filiis præditus. itaque mo-
 riente mox Childeberto, totum regnum Francorum ad Clotharium est
 delapsum. Idibus Augusti Constantinopolis sauisimo terræmotu
 quasiata est, quo multæ ædes sacræ, priuatæ, & publicæ, & maxima
 pars mœniū præcidit. & mare ad duo millia passuum, æstu quodam-
 35 modo vndas absorbente, recessit, quo multæ naues absumptæ sunt.
 eaque calamitate magna pars Orientis afflictæ est. In primis autem Ni-
 comedia, Antiochia, & Berytus ingentia detrimenta ceperunt. Beryti
 peregrini, & inquilini fere omnes ruinis elisi, inter quos præcipue iuue-
 nes illi, qui cognoscendarum legum causa eò se contulerant. itaque
 iuris interpretes, qui antecessores dicebantur, Sidonem se referre co-
 40 sti sunt. Proximo anno, cum in perpetuum quietura à Gotthis Italia
 videretur, nouo suborto motu, deintegrò fluctauit. quippe Vidi-
 nus, Gotthorū Comes, vt scribit Paulus Diaconus, à Narsete defecit,
 atque Amingum, sive, vt inquit Marcellinus, Omnirugum, qui Bucelli-
 nisocius fuerat, auxilio aduocauit. Quam rem nec spernendam, nec vllò

modo ferendam Narfes arbitratus, exercitum aduersus eos eduxit, &
 summo commisso proelio, vtrunque in potestatem redegit. ac, Vidino
 Constantinopolim misso, Amingum gladio interemit. videntum est
 autem, ad hoc ne bellum illud pertineat, quod post Cedrenus memo-
 rię prodidit, nempe Viriam, & Brincas à Narfete de Gotthis esse rece- 5
 ptas. neq; enim quò nos coniectura ducat, aliud habemus, nec quid-
 quam videri prætermisisse temere in tantis præsertim rerū angustiis,
 volumus. Constantinopoli iterū mense Iulio terræmotu, fulguribus,
 tonitruis, & tempestatibus grauissimè laboratum est. Iudæi & Sama-
 ritani, Cæsareæ Palestinæ conflata seditione, impetū in Christianos fe- 10
 cerūt, ac, multis preemptis, ecclesias combusserunt, & Stephano præfe-
 cto in prætorio necato, bona eius diripuerunt. vxor autem eius elapsa
 Constantinopolim adiit, atque, iniuria exposita, effecit, vt Adamātius
 magister militum ad eā rem inquirendam sit missus. qui, quæstionibus 15
 acriter habitis, alios suspensio affecit, alios obtruncavit, alios publi-
 catione, alios relegatione multauit. magnūque ex ea re tumultus in
 Oriente est concitus. Gotthis, Francisque Italia deturbatis, restabant
 Heruli, quondā à rege Theodorico in Subalpinis, victo rege illorum
 Odoacre, locati. Er his ex Italia deturbanis summa opportunitas est
 oblata. quippe Sindualdus præfectus eis à Narfete, vt diximus, datus 20
 557 postero, vt Paulus significare videtur, anno eos ad defectionem soli-
 citauit, atque ab eo victus perfidię pœnas luit. Sic autem ille scripsit:
*Narfes Sindualdum regem cum multis beneficiis affecisset, nouissimè rebellantem, & re-
 gnare cupientem bello superauit, & captum celsa trabe suspendit. eodemq; tempore per
 Dagisteum magistrum militum uniuersos Italię fines obtinuit.* Atque hic quidem ea- 25
 rum cladum exitus fuit, quas omniū atrocissimas ab anno quadrin-
 gesimo, vt supra diximus, barbari, ac præcipuè Gotthi Italię intu-
 lerunt. per quas ipsa vrbibus, armis, viris, opibus, ac dignitate multa-
 ta, ac passim igne, ferroque sauiente, vltima stragis, atque immanita-
 tis exempla perpeffa, ex summo florentis fortunę gradu ad infimum, 30
 ac propè miserabilem est deducta. Quorum casuum ea magnitudo,
 atque varietas fuit, vt vix inueniri posse quenquam tanto animi ro-
 bore putem, qui tot fortunę ludibria, tot clades vrbium, fugas ho-
 minum, cædes populorum assequi mente, nedum complecti oratio-
 ne queat. Ceterum, Italia singulari Dei beneficio post annum ferme 35
 centesimum sexagesimum liberata, Narfes animum ad eam instauran-
 dam, atque à superioribus calamitatibus subleuandam cōvertit, præ-
 cipuè ne Belisario videretur inferior, qui ei studio, quo ad per hostes,
 bellūmq; licuerat, diligentissimè inferuierat, magnamque ex ea re lau-
 dem rettulerat. Fuit enim, vt inquit Paulus, vir summa pietate orna- 40
 tus, religione Catholicus, erga pauperes benignus, in reparandis ba-
 silicis diligens, ac demum vigiliis, & precibus vsque adeo deditus, vt
 plures victorias supplicationibus diuinis, quàm terroribus bellicis,
 obti-

obtinuerit. Addit Nicephorus, eum tantum Virgini Dei genitrici cultum adhibuisse, vt ab illa manifestè apparente tempus committendi prælii expectarit. neque eum ante in aciem descendere consueuisse, quàm ab illa opportunitatem rei aggrediendæ acceperit. Multa igitur
 5 ille posthac oppida bello labefactata restituit, multa Romæ, cæterisque in oppidis ædificia publica & sacra, & profana refecit, ac dispersas superioris tempestatis post sædum naufragiū colligere tabulas studuit, verum vt aliarum multarum, sic harum quoque actionum explorata ad nos memoria non peruenit. Sunt enim, qui sequuntur, anni adeo ab
 10 omni litterarum commemoratione inopes, vt nihil in tota fermè Occidentis, atque Italiæ antiquitate incultius, nudiùsve reperiatur. Eadem, quæ Narsetem, Pelagium quoque pontificem cura incessit. nam & ipse omnia sua studia contulit ad ecclesias Romæ reparandas, & exornandas, morisque clericorum, atque episcoporum, qui lapsi fuerant, emendandos. Itaque ædibus sacris vasa aurea, & argentea, palliæque, quæ ante cladem Romanam habuerant, restituenda curauit,
 15 & Maximianum Rauennatem episcopum ad Romanæ Ecclesiæ auctoritatem revocare cõtendit, res Ecclesiasticas ad proprios vsus vnà cum altero episcopo nomine Thracio convertentem. Qua de causa
 20 Petrum presbyterum, & Proiectum notarium ad ea loca, vt hæc piacula tollerèt, misit, eosque Narseti, Rauennæ agenti, vt ipsius ope mandata sua perficerent, commendauit. verba epistolæ adhuc extant: *Quali nos de gloriæ uestræ studiis iudicio gratulemur, non solum uestram, sed multorum etiam, ac penè omnium credimus habere notitiam. Et idcirco nunc de iis, quæ uobis præsentibus,*
 25 *ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam uestram duximus conquerendum. Thracius siquidem ac Maximianus nomina tantum episcoporum habentes, & Ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes Ecclesiasticas res suis usibus applicare in tantum, ut contra unum Maximianum usque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente, quidam infatigabiliter uenientes preces offerrent ob quam causam Petrum presbyterum Sedis nostræ, & Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos, ut ea, quæ canonice statutis à prædictis pseudoepiscopis compererint cõmissa, uel digna debeant ibi ultione compefcere, uel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam uestram, petimus, ut præfatis, qui à Sede nostra directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium, nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimantur. Macedonio archiepiscopo Aquileiensi mortuo successit Paullinus ab Honorato archiepiscopo Mediolanensi contra vetera exempla sacratus. ille verò & ceteri Liguriæ, Venetiæ, & Istriæ episcopi, cum Concilium, vt diximus, Constantinopolitanum repudiantes, se ab Ecclesiæ auctoritate remouissent, & hos Pelagius revocare siue litteris, siue nunciis missis
 30 conatus est. itaque postero anno, cum eorum nemo præceptis pontificiis obedientem se præbuisset, nouas ad Narsetem litteras misit, vt primos ad Iustinianum Constantinopolim mitteret, secundos vel principali, vel iudiciali auctoritate comprimeret, quemadmodum legibus*

caueretur. verba hæc fuerunt: Date operam, ut qui se ab Apostolica sede seunxerunt, ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. recollere enim debet Celsitudo uestra, quid per uos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam, & Venetiam tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta uastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, quam ad clementissimum principem exinde rettulissetis, & quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognouissetis, & inter ubique feruentes hostes Rauennam tamen, & is, qui ordinabatur, & is, qui ordinandus erat, prouidentia cuiusmodi uestra de ducti sunt. De Liguribus, Veneticis, & Istris episcopis quid dicat quos idonea est Excellentia uestra & ratione, & potestate reprimere, ne dimittatis in contemptum Apostolicarum sedium de sua iustitate gloriari, cum siquid eos de iudicio uniuersalis synodi, quod Constantinopolim per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad Sedem Apostolicam (quod semper factum est) electis aliquibus de suis, qui dare, & accipere rationem possent, dirigere debuissent, & non clausis oculis sanctam Ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare, huiusmodi homines principali, uel iudiciali auctoritate comprimere, quia regulæ patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici officij persona, cui subiectus est, resisterit, uel seorsim collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excommunicetur, atque damnetur, quod si forte & hoc contempserit, & permanserit diuisiones faciendo, et schismata, per potestates publicas opprimatur. Paruit pontificis auctoritati Narses, atque episcopos, quocumque modo Ecclesie mandata spernentes, cohibere pro potestate contendit. itaque ab eis propterea piorum communione secretus est. Qua de re cum Pelagium monuisset, eiusmodi ab illo responsum accepit: Relegentes litteras Excellentie uestrae de iniuria, quam uobis iniquorum hominum præsumptio ingessit, ualde doluimus, sed quia scimus, occulto Dei iudicio animam uestram, & si per aliorum iniquitatem, & superbiam, à contaminatione schismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consuevit, nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est, ut insensati, & peruersissimi homines usque ad hoc profilirent, ut suam diuisionem Catholicam esse credentes Ecclesiam, à sua uos pollutione prohiberent. sic enim per misericordiam Dei, etiam nescientibus illis, hoc factum est, ut à schismaticorum communione eruti Catholicæ, quam diligitis, seruari uos contigisset Ecclesie. Quamuis igitur uestra per illorum scelus facta sit utilitas, nolite tamen impunitam præsumptionem iniquorum hominum crassari permittere. si enim hoc, quod in uestram gloriam præsumperunt, non fuerit uindicta compressum, quod in minoribus non ualeant puniri, ambigi ultra non debet. Quales autem sunt, qui Ecclesiam iugunt, Eufrasij eos scelera euidenter infamant, qui in homicidio nec hominis necessitudinem, nec fratris caritatem, nec sacerdotij reuerentiam cogitauit. Auferte tales ab ista prouincia, utimini oblata uobis à Deo opprimendi perfidos occasione, quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, & maxime ecclesie Aquileiensis inuasor, qui & in schismate, & in eo maledictus nec honorem episcopi poterit retinere, nec meritum. Quod mandatum cum explere Narses differret, nouis his Pelagij litteris est impulsus: Iampridem à uobis postulauimus atque adhuc postulamus, ut Paulinum Aquileiensem pseudoepiscopum, & Honoratum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis, ut iste, qui episcopus nullatenus esse potest, qui contra omnem canonicam consuetudinem factus

flus est, alios ultrà non perdat, & illum, qui contra morem antiquum ordinare præsumpsit, canonum uindictæ subiaceat. Quibus præceptis armatus Narses alios episcopos, quos capere potuit, Constantinopolim misit, aliis fugam consciscentibus iustum exiliū sanxit. ex quibus Vitalis Altinas Magunciacum abiit. Narses item per hos annos templa, quæ victoriæ causæ in Riualto insula vouerat, vnum S. Theodoro martyri, alterum S. Geminiano confessori, Mutinensi quondam anstiti, edificandum iam voti damnatus curauit. quorum illud hodie Venetiis in æde S. Marci includitur, alterum è regione in uisitur in foro. Dum autem Italiæ status hoc pacto ad quietem, decorumque formatur, Oriens seuis rursus, atque inauditis antè malis est diuexatus, illuuiōnis, pestilentiæ, tempestatis, terræmotus. nam mare limitibus naturalibus ad tria millia passuum Thraciam versus excessit, atque, agris, hominibusque multis oppressis, in alueum pristinum rediit, sequuta est inde Constantinopoli tanta, tamque dira pestilentiæ lues, ut mortui triduum insepulti iacerent, non sufficiente propter multitudinem cadauerum libitina. mox, cum ne currus quidem à Iustiniano curati satis valerent, in litus eiecta ad sex dies inhumata manserunt, & fetore intolerabili loca proxima infecerunt. Mensibus Iulio, & Augusto illa maximè clades accepta. Quin etiam per eosdem dies insolite cæli tempestates, atque horribiles extiterunt. erat autem continuus propè cæli fragor, & passim micantium fulminum species, quæ nō solum oculis, auribusque attonitis terrore, sed etiam suspensis animis religionem incutiebant. quibus nonnulli etiam somnum capientes adusti sunt. Fulgura verò terræmotus adeo atroces, & sæui in omnibus terris sunt consequuti, ut merito homines vererentur, ne vno terræ hauitu vrbes absorberentur. Quæ mala cum alia in Occidente loca vexarūt, tum in primis Italiam afflictarunt, vsque adeo ut Romam satis constet plus etiā ab his terroribus detrimenti, quàm à barbarorum feritate, cepisse. Itaque, cum aliquando Canulinc ciuitatis antistes cū S. Benedicto abbate de Totila rege sermonē ingressus dixisset, fore, ut per eum vrbs ita dirueretur, ut in posterum nequaquā incoleretur, respōdit S. Benedictus, immo verò Roma ab hominibus nō excindetur, sed à tempestatibus, fulguribus, turbiniibus, & terræmotu fatigata exardescet in semetipsa. Id autem verum fuisse vaticiniū scripsit S. Gregorius, affirmans, sua ætate (vixit autē hoc tempore, monasteriis multis à se conditis, atque ipsius disciplinæ monasticæ à se diligentissimè cultæ gloria clarus.) Romæ mœnia dissoluta, domos eversas, destructas ecclesias turbine fuisse, eiusque ædificia senio longo lassata increbescensibus ruinis prostrata ingratum sui spectaculum præbuisse. Hoc terræmotu sedato, rursus mare ad duo millia passuum extra fines excurrit. alterque terræmotus, iam ineunte hieme, priorem excepit, qui multo, quàm ille, non solum minacior, sed etiam perniciosior fuit. Præcipuè Constantinopoli

tinopoli circa mediam noctem, ciuibus alto, & profundo somno so-
 pitis, repente concuti omnium fundamenta ædificiorum cœperunt.
 isque motus vsque adeo sæpe cum insigni incremento est repetitus, vt
 homines, somno discusso, periculi instantis magnitudine consternati
 altissimos eiulatus, & flebiles complorationes ediderint, supplicēsq; 5
 vota ad Deum effuderint. tum sonitus quidam grauis, ferūsque stridor
 è terra erupit, qui sæuissimis ventorū agminibus quasi stipatus ipsum
 terrorem ingeminauit, quo territi homines mente propè attoniti ex
 gēdibus se se in publicum effundebant, ac sub diuo votis faciendis ma-
 nebant, omniāque niuis, algorisq; incommoda sustinentes tectis suc- 10
 cedere detrectabant. Licebat autem cernere mulieres nobilitate, & ca-
 stitate insignes temere cum viris alienis, omni pudoris confuso disci-
 mine, commisceri, viros virtute præstantes ab ignobilibus, dominos
 à seruis, magistratus à priuatis in ordinem redigi, omnibus mortem
 in proximo esse putantibus. multis in partibus ædes totæ procubue- 15
 re, multis in ædibus tecta, compage ipsa soluta, ita diuulsa sunt, vt cæ-
 lum aspiceretur, ac mox ita coierunt, vt fractura non cerneretur: alibi
 columnæ ex superiore ædificij parte vi excussa ad longinquas ædes,
 vel vt funda, emissæ fragore ingenti omnia contriuerunt. E plebe plu- 20
 rimi periere, è nobilitate solus Anatolius, vir consularis in lecto cu-
 bans, marmoris fragmento collisus est. Luce autem subsequēte, ciues
 se inter se intueri, salutare, & complecti, perinde ac si desperata salute
 iam iam essent mortem appetituri. Inde per decem post dies ipso con-
 tinuato tremore, reliqua ædificia aut labefactata, aut certè tērata sunt.
 Quæ res homines coire coēgit, & supplicationes Deo facere, & carmi- 25
 na expiatoria canere. Iustinianus autē religione perfusus in festo Na-
 taliciorum, & Theophaniorum per urbem, posita Augustali corona,
 incessit. nec conuiuia solemnia celebrauit, sed eorū impensas in ege-
 nos tolerandos transfudit. vulgo etiā æquitas in commerciis, & iudi-
 ciis coli cœpta, & omnes turpitudinis, ac flagitiorū labe reiecta. alij, 30
 mutato viuendi more, honoribus, opibūsq; relictis, vel in sacra loca
 collatis, vitam sibi solitariā deposcebāt. per noctem primores ciuita-
 tis publicas vias obeuntes, mendicos, atq; egentes, cibus oblati, ve-
 stibūsq; leuabant. Interim non decrant, qui absurdas quasdam prædi-
 ctiones in vulgus iactarent, huic mūdi machinæ finem adesse monen- 35
 tes, quiq; res horrendas à se visas falsò ferentes pauorē angebāt. quo-
 rum alij quasi à dæmone insito edocti, alij quasi ab astris hoc porten-
 dentibus moniti hæc tradebant. Postquā verò, remittēte tremore, dis-
 crimē est imminutū, tum ad pristinam vitæ consuetudinem pleriq; se
 rettulerunt, & causas terræmotuum naturales inquirere, & de vento- 40
 rum exhalationibus differere cœperunt, tumidos, ac densos vapores
 terræ cauernis inclusos motus ciere huiusmodi concludentes. Iustinia-
 nus ædificia vel putrescentia, vel imbecilla, vel prolapsa instaurare cō-
 tendens,

tendens, præcipuè trullam templi S. Sophiæ restituit. eamq; viginti amplius pedibus supra templi tectum, quàm ante fuerat, extulit. aliasq; ædis partes debilitatas magnificentiore, quàm erant, opere instauravit. Hunc autem terræmotum tam insignem sequuta est altera insignior pestilentia, quæ integros quattuor menses urbem attriuit. Moriebantur pleriq; repente, tãquam apoplexia correpti, neq; vltra quintum diem superabant. morbus autem priori similis. nam febres ad bubonem intumescentem adiectæ eum, quem invaserant, extinguebant. nonnulli verò nec febre occupati, nec dolore vlllo vexati, dum secretò corpora curarēt, & domi, & foris, vt cuiq; contingebat, cadebāt, præcipuè iuvenes vis illa morbi absumebat, & mares magis, quàm feminas. nam illæ dissimili lue cõficiebantur. Eodem anno noua gens Hunnorum, qui Abares dicebantur, ad ripas Istri venit, & annem per hiemem congelatum nacta, flumine transmissa, in Mæsiam, provinciã Romanã irrupit, ac variè populari agros hostili exemplo incæpit. Hi in omnibus rebus reliquorum Hunnorum cultui, præterquam in religatione capillorum, similes exitere. In Italia (quod ingentem omnibus horrorem incussit) memorabilia quoque prodigia apparuere, nempe signa per domos, ostia, vasa, & vestimenta, quæ nulla deleri ablutione potuerunt. hæc proximam, quæ sequuta est, pestilentiam portenderunt. Narses Mediolanum reparare contendit. Pelagius pontifex ædem SS. Iacobi, & Philippi instituit. Anno inde quingentesimo sexagesimo à Christo nato Hunni ex Mæsia in Thraciam cum transissent, capto provinciæ præfecto, magnam cædem fecerunt. cumq; partes quasdam muri Anastasiani terræmotu prostratas inuenissent, ingressi sunt, arque omnia vsque ad Dripeum, Nymphas, & Chiti pagū in suam ditionem adduxerunt. Qua re cognita, Iustinianus ciues multos ad Longum murum misit. qui commissa pugna, plerique ceciderunt. itaque Belisarius, licet iam effectæ ætatis, missus est. qui, equis ciuium sumptis, armata multitudine venit ad Chiti pagū, fossaq; facta, barbaros, quotquot cepit, occidit. palmites etiã arborum post se traxit, vt, excitato puluere, ingentis speciem multitudinis Hunnis præberet. qua opinione decepti vsque ad Arcadiopolim profugerunt, & cū naues parari viderent, vt sibi tutus receptus daretur, postularunt. Iustinianus autem Iustinum Curopalatem sorore sua natum misit, qui eos traduxit, eum, qui post Imperium tenuit. Hoc anno pestilentia inguinaria, siue bubonis vocata, ex Oriente demum in Italiam transit. cuius ratio fuit huiusmodi. Erumpebant in inguinibus hominum, & in aliis mollioribus partibus glandulæ instar nucis, quas mox ardentissimæ febres excipiebant, ita vt tridui spatio absumerent. si quis verò vltra spiritum produxisset, spem vitæ concipiebat. ita domus vbique deferebantur, singulis tantam vitare cladem studentibus, cū patres liberos, liberi parentes relinquerent, vt saluti suæ consulere. nã si quis

tanto pietatis ardore flagrasset, vt alteri officium præstare aut curatio-
 nis, aut sepulture vellet, in eandem mox & ipse incidebat calamitatem.
 itaque lacrymis, & fletibus vbique omnia personabant. Hæc lues ad
 superiores Italiae clades adiuncta vt populos prorsus exhaustit, sic
 maximam instaurandis, quod cœptum erat, ædificiis moram iniecit. 5

561 Proximo anno Pelagius pontifex, basilica apostolorum nondum per-
 fecta, III Nonas Martij obiit. Inde IIII Kalen. Junij Ioannes, cogno-
 mento Catelinus, est susceptus, quem tertium appellarunt, ac XVI Ka-
 len. Augusti consecratus. In Sicilia Placidus S. Benedicti discipulus sa-
 crum martyrium subiit. irruptione quippe à Sarracenis in insulam fa- 10
 cta captus, ac variis suppliciis affectus cōstanter est mortuus, vnà cum
 fratribus suis Eutitio, & Victorino, ac sorore virgine Flauia, & mona-
 chis triginta tribus. Dicitur autem cathenis vincētus fuisse, fame, & siti
 cruciatus, suspensus, tortus, verberatus, adustus, fumo afflatus, denti- 15
 bus & lingua multatus, ac demum capite truncatus III Nonas Octo-
 bris apud Messanam. Maurus autem condiscipulus eius, monasterio in
 agro Andegauensi constructo, omni item laude sanctitatis effulsit.
 Raucennæ templa ab Arrianis scædata ab Agnello episcopo hortatu
 Narsetis expiata, & multis donariis aucta. Iustiniano dolore capitis
 fatigato, cum in publicum non exiret, rumor in vrbe dispersus est, i- 20
 psium morbo esse consumptum. itaque tumultu suborto, tabernæ di-
 rectæ sunt. neque hora tertia venalis panis inueniebatur. provec-
 que res esset longius, nisi hora nona præfectus vrbe luminaria per
 totam urbem accendi iussisset, atque eo signo Imperatorem valere si-
 gnificasset. quo conspecto, omnis repente tumultus elanguit. Mense 25
 inde Decembri ædes à basilica S. Sophiæ ad Probi fortuito incendio
 cōflagrarūt. Et hoc anno terramotu, ac pestilentia multis est in vrbib.
 laboratū. Post res Ecclesiæ Concilio Constantinopolitano compositas
 Seueriani hæretici quiescere non potuerunt, ac nouam de immortalitate
 carnis Christi controversiam intulerunt. quibus cum Catholici 30
 summa ope resisterent, re ad arma deducta, multas cædes fecerunt.
 Quod audiēs Iustinianus misso Timarcho Comite, innoxios vindicauit,
 562 aliis exilio, aliis honorū publicatiōe, aliis vita multatis. Proximo año
 Romæ Ioānes pontifex basilicam Apostolorū iam ad sumum perductā
 dedicauit. Narses in pace Italiam administrare cum summa Impera- 35
 toris gratia institit, ac pontes Romanos, & reliqua opera bello ab
 hostibus diuina reparare perseuerauit. In Gallia prodigium ingens
 factum. Mons Rhodano fluuio imminens multos dies mugitum e-
 misit, ac postremò ab alio monte hoi vicino diuulsus cum omnibus
 ædificiis, atque incolis præceps in Rhodanum ruit. Constantinopoli 40
 verò res nefanda in caput Imperatoris coniuratione turbata. quippe
 Nonis Nouembris Ablauius, Marcellus, & Sergius homines nō igno-
 biles insidias Iustiniano moliti sunt, re composita, vt ipsam in triclinio
 sub

sub noctem invaderent. cum autem Ablavius consilium cum Eusebio
 exconsule, & Ioanne Logotheta communicasset, ex eorum indicio re
 detecta, principes coniurationis capti, & cum gladiis deprehensi sunt,
 quorum Marcellus statim sibi gladium intulit. Sergius autem interroga-
 5 tus Isaacium, & Belisarium patricium coniurationis participes prodi-
 dit. idque Viti, & Pauli testimonio comprobavit. qui à Procopio præfe-
 cto comprehensi eadem affirmarunt. Hac de re Iustinianus Nonis De-
 cembriis horum confessiones enunciari per Eutyrium urbis episcopum
 iussit, ac missis, qui Belisarii familiam comprehenderent, ipsum domi-
 10 suam in custodia triumphalem hominem, ac sine dubio eius sæculi virtu-
 te, dignitateque principem, habuit. at vero postero anno, re ad liquidum
 explorata, XIII Kal. Aprilis tamquam innocentem emisit, ac bona, digni-
 15 tatemque pristinam reddidit. In Gallia Clotharius rex Francorum Cra-
 mnum filium iam pridem hostiliter multa adversus se in provincia mo-
 20 lientem à regno expulit, atque in Britanniam insequutus captum cum vxo-
 re, ac filiabus necavit. Insequenti Narses ad arbitrium suum omnia in
 Italia administrans, Vitalem Altini episcopum, qui Magunciacum profuge-
 rat, tandem in potestate adductum rerraxit, atque in Siciliam relegavit. Iu-
 stinianus autem, cum iam decrepita esset ætatis, religionis causa Germa-
 25 nicam urbem Galatiæ prodiit, ibique novam hæresim imbibit, eorum,
 qui immortalitatem carnis Christi opinabantur, unde Aphthartodo-
 cita appellabatur, quæ erat, Christum non mortalem carnem assumpsisse,
 sed postquam assumpta esset, immortalem evasisse, ac corpus eius pror-
 30 sus expers mortalitatis, omniumque humanarum affectionum fuisse. itaque ci-
 bo, & potu ante resurrectionem perinde usum esse, atque post ipsam re-
 surrectionem fuerit. Quam opinionem ille ita hausit, ut, edicto proposi-
 to, asseruerit. atque Eutyrium episcopum urbis furentem, atque eam, tan-
 quam à veritate Catholica alienissimam, repellentem Ecclesia deturba-
 rit, eisque Amasiam, unde venerat, relegato Ioannem Scholasticum substituerit.
 35 Quæ res magnam post decori eius infamiam labem imposuit. Quo facto,
 Anastasius Antiochiæ episcopus causam suscepit, ac libros ad hanc la-
 befactandam hæresim scribere, atque fautores accersere instituit. atque omnium
 40 animos, quis namque futurus esset huius controversiæ finis, magna expecta-
 tione suspendit. Proximo anno Narses pontem in Anienem, quem Totilas
 5 everterat, à se restructum his verbis inscripsit: Imperante D N. Pissimo, ac tri-
 umphali semper Iustiniano PP. Augusto Anno XXXIX Narses vir gloriosissimus ex
 præposito sacri Palatii, excons. atque patricius post victoriam Gottlicam, ipsis eorum re-
 gibus celeritate mirabili conflictu publico superatis, atque prostratis. libertate urbis Romæ ac
 Italiæ restituta, pontem viæ Salarie usque ad aquam à nefandissimo Totila tyranno destruc-
 45 tum, purgato fluminis alveo, in meliorem statum, quam quondam fuerat, renovavit. Neque
 tot operum, quibus ille urbem, atque Italiam instauravit, aliud extat ho-
 die monumentum. Iustinianus Idibus Februarii litteras ad Narsetem de-
 dit, ut filius L. Titionis, qui tribunus militum in prælio contra Vitigem

gem apud Rauennam ceciderat, bona, dignitatemq; pristinam restitueret. Ceterum insignis annus trium clarissimorum virorum, ac principum obitu fuit, Belisarij Patricij, Clotharij regis, & Iustiniani Imperatoris. Clothario mortuo, filij eius regnum ita distribuerunt, vt Chereberto Parisij, Sigeberto Metenses, Chilperico Suefiones, Guntranno Aurelianenses euenirent. Iustinianus, cum ad perdendum Anastasium edictum parasset, illo nondum promulgato, repentina morte percussus est. obiit autem anno Imperij sui XXXIX, etatis LXXXII, Idibus Nouembris, vir inter paucos merito numerandus. quippe princeps bello, paceq; inclutus, ac veteris Romanæ gloriæ instaurator eximius, ac sine dubio bonorum simul, ac fortium Imperatorum Orientis extremus.

ATQVE hæc quidem sunt, quæ ad Occidentale Imperium pertinentia cura, studioq; diuturno memoratu digna collegi. & quod ad conferuandam memoriam præstantius fuit, in tempora, annosq; distinxî, summa veteris omnis renouandæ memoriæ cupiditate, cum mea sponte, tum in primis tua, Excellentissime Princeps, præclara erga hæc studia voluntate, incensus. Posthac, ipso profus extincto Imperio, res Romana in multa regna est distributa, Francorum & Burgundionum in Gallia, Gotthorum in Hispania, Anglorum & Scotorum in Britannia, Longobardorum ac Normanorum in Italia, itemq; Sarracenorum in Africa. itaq; si quis cõtinentem his annis historiam litteris illustrare voluerit, nã ille multo elegantius, atq; commodius fecerit, si singula regna singulis voluminibus comprehenderit, quàm, si confusam illam omnium molem in vnum quasi corpus congefserit. Hoc ego triennio antè experiri institui, regnum Italiæ mox à Longobardis inuestum litteris, vt dixi, commendare aggressus, initio à Iustiniani excessu, in quo hæc Occidentalis Imperij definit historia, ducto. Quare si quis hos illis annales prætexuerit, aut illam huic electioni adiunxerit, perpetuam annorum prope mille, omniumq; memorabilium actionum, quæ cõperiri hæc demum ætate potuerint, contextam narrationem habuerit. Vtrumq; autem opus à me Bononiæ orsum, atq; confectum est, illud aũo millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, hoc verò septimo. Quod idcirco scribo, vt si quid priscae memoriæ post hunc annum è tenebris educetur, qualia multa quotidie eruntur, eius me notitiæ cõpotem esse nequiuisse, intelligatur. si quid autem exierit, profectò eius adiciendi mihi, si cum valetudine vita suppeditauerit, cura non omittetur, vt hoc opus, quod absolutissimum esse cupio, aliquando tandem in communem hominum vtilitatem perficiatur.

FINIS.